



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VIII. Qualiter ecclesiae ad firmam dandae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1137.

appellantur, lucrari plus appetant quam exoluant, turpes exactiones faciunt, quæ interdum etiam cadunt in simoniacam prauitatem. Quare statuendo districtius prohibemus, ne dignitates vel officia, puta decanatus, vel archidiaconatus, siue prouentus, ex ecclesiasticæ vel spiritualis iurisdictionis exercitio, siue ex pœnitentia vel altari, seu aliis sacramentis quibuslibet venientes, ad firmam de cetero nullatenus concedantur.

VIII.

Cum laicis ecclesias dari ad firmas sit penitus dishonestum, & clericis quibuscumque ad longum tempus, propter continuationem temporis, quæ afferre confueuit periculum, ecclesias posset esse damnosum, vtrumque districtius inhibentes statuimus, vt nec laicis vnquam, nec personis etiam ecclesiasticis vltra quinquennium ecclesiæ ad firmam concedantur, nec finito quinquennio renouentur eisdem, nisi prius ipsas habuerint alii mediate: & vt omnia sint in tuto, præcipimus ut præsentibus episcopis vel archidiaconis firmaria fiat conuentio, ex qua plures literæ conscribantur, quarum vna remaneat penes ipsos.

IX.

Alicubi audiuimus contigisse, quod vacante pin-
gui ecclesia, quam quidam optabat habere, nec ta-
men audebat eam recipere vt persona, ne aliis ipso
iure beneficiis quæ obtinuit priuaretur, callide
procurauit vt ecclesia illa sibi ad firmam perpetuo
traderetur, ita quod modicum quid inde solueret
alii nomine personatus, sibique totum reliquum